Was schliesslich die beiden zuletzt genannten Punkte betrifft, so lässt sich die Frage, ob auch sie von dem Rindendruck abhängen, noch nicht mit Sicherheit entscheiden. Nach einigen Versuchen mit *Carpinus Betulus* und *Corylus Avellana* lässt sich erwarten, dass spätere Untersuchungen auch hier eine Abhängigkeit von dem Druck werden auffinden lassen, da bei diesen Arten die Nothwendigkeit des Rindendruckes für die Entstehung der gefässähnlichen Tracheiden im Herbstholze nachgewiesen wurde.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam

Continuatio vicesima.[1]) — Exponit W. Nylander.

1. *Pyrenopsis phylliscella* Nyl.

Thallus fusco-nigricans squamulosus, squamulis subverruculoso-inaequalibus subadnatis aggregatis (tamen non contiguis) rotundato-difformibus (latit. 0,5—0,9 millim., crassit. 0,3—0,4 millim.); apothecia endocarpoidea minutissima conferta (5—15 in quavis squamula thallina) extus epithecio punctiformi concolori, margine thallino cinctulo, indicata; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae, longit. 0,005—7 millim., crassit. circiter 0,003 millim., paraphyses gracilescentes parcae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae obscure violascentes.

Supra saxa silicea montis Ben-y-Gloe in Scotia (Crombie).

E cognitis maxime accedens ad *Pyrenopsin Tasmanicam*. Squamulae thallinae e granulis minutulis coalitis compositae sunt, ut in lamina tenui apparet. Spermatia tenella oblonga vel fusiformi-oblonga.

2. *Magmopsis pertenella* Nyl.

Thallus fuliginosus tenuis opacus subfurfuraceus subsquamuloso-diffractus; apothecia innata pyrenio[2]) nigro (latit. 0,13—0,14 millim.), intus alba; sporae 8nae incolores oviformes 1-septatae, longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,006—7 millim., para-

---

1) Continuatio praecedens (in Flora 1875, No. 1) errore typographico inscribitur „nova decima“ pro *nona decima*.

2) Pyrenium significat conceptaculum pyrenocarpeum (vulgo olim perithecium dictum). Terminum perithecium fas sit modo adhibere ut designans partem conceptaculi cingentem thecium (hymenium) vel thecio periphericam aut apothecii discococarpei aut apothecii pyrenocarpei conceptaculum „annulatum,“ „dimidiatum.“

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0104-0

physes graciles sat parcae vel subevanescentes. Jodo gelatina hymenialis non tincta protoplasma thecarum vinose fulvescens.

Super saxa calcarea in regione Ladogensi Fenniae (Norrlin).

Genus proprium ad tribum *Phylliscodeorum* pertinens vel ad propriam, nam apothecia videntur peridia sistere, saltem verum ostiolum non inveni; esset tum quasi Mycoporum inter *Byssaceos*. Thallus pyrenopsideus e syngonimiis luteo-virescentibus glomerulosis vel granuloso-difformibus constans, gonimiis pallido-glaucescentibus vel thallo cetero concoloribus inordinate dispositis, mediocribus. Pyrenium (vel peridium) sub microscopio obscure violaceo-nigrescens. Thecae oblongae. Spermogonia rite evoluta non visa. Vix duci potest ad tribum *Pyrenidieorum*.

3. *Collema granuliferum* Nyl.

Subsimile *Collemati melaeno* sed thallo firmiore et pro parte globulis isidiosis (saepe confertis) consperso; apothecia rufescentia mediocria, margine thallino demum subcrenato cincta; sporae (fere ut in *C. melaeno)* 3-septatae (interdum septulis 1—2 jungentibus), longit. 0,025—32 millim., crassit. 0,008—0,012 millim.

Super saxa calcarea (libenter inter muscos) in Gallia e meridionali ad mediam et in Anglia.

Laciniae thallinae subtus saepe longitrorsum conferte tenuiter plicatulo-rugulosae in sicco statu.

4. *Usnea scabrata* Nyl.

Subsimilis *Usneae plicatae*, thallo autem toto papillis crebris, parum elevatis, exasperato, pendulo, strictiusculo.

Abieticola in Tyrolia, Waldrast (Arnold). Quoque in Helvetia. Defectu ramulorum patentium mox differt ab *U. ceratina*.

5. *Parmelia aleuritica* Nyl.

Comparanda cum *Parmeliopsi aleuriti*, sed Parmelia et thallo subtus lacteo (rhizinis parvis nigricantibus). Sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra saxa aprica in Finlandia media (Norrlin).

Notavit cl. Norrlin: crescendi modo centrifugo et facie simulat *P. centrifugam*, sed distat colore thalli. Hic perlato-albus subopacus (K ±, scilicet supra tum flavens), centro cinerascens, laciniis vulgo latit. circiter 1 millim., subconvexiusculis, versus ambitum planioribus, nonnihil imbricatis, apicibus subcrenatis; apothecia spadicea (latit. 2—3 millim.), margine receptaculari

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0105-6

subintegro aut obsolete crenato. Spermatia lageniformi-bifusiformia, longit. fere 0,005 millim.

6. *Lecanora crassescens* Nyl.

Forsan varietas *L. confragosae*, thallo crassiore (crassit. 1—2 millim.) cinereo verrucoso-diffracto, sat laxe adfixo. Sporae longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,009—0,013 millim.

Supra saxa micaceo-schistosa in Finlandia media (E. Lang).

Thallus facie fere ut in *Lecidea conglomerata* et K flavens.

7. *Lecanora conizella* Nyl.

Thallus albido-flavidus, tenuiter granulatus, subindeterminatus; apothecia lutescenti-rufella minuta (latit. 0,2—0,3 millim.), margine thallino subgranulato obsoleto cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium lutescens (non inspersum), paraphyses fere mediocres. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose vel violacee fulvescens, thecis obscurius tinctis.

In Gallia media prope Bonnat, ad basin pini (E. Lamy).

Species videtur distincta in stirpe *Lecanorae variae*. A *L. conizea* comparanda mox differt sporis turgidioribus. Distat quoque a *L. sarcoptella*. Facie accedit ad *L. piniperdam*, sed jam sporae aliae. Thallus K flavescens.

8. *Lecidea euspeirea* Nyl.

Sat similis *Lecideae speireae* Ach. (*P. trullisatae* Kphb.), sed sporis majoribus vel turgidioribus (longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,010—11 millim.).

Calcicola in monte Helvetico Gemmi (Schimper).

Apothecia latit. circiter 2 millim., plana, marginata (perithecio epithallino-obducto), epithecio albo-suffuso aut caesio-pruinoso aut alibi nudo. — *P. trullisata* Kphb. est omnino *L. speirea* qualis datur in Fr et Stenh. L. S. no. 410.

9. *Lecidea inconfluens* Nyl.

Subsimilis *Lecideae soredizae* Nyl. Pyr. or. p. 38 (*L. albocoerulescens* Mudd Exs. Nr. 181), at sporis nonnihil minoribus (longit. 0,013—18 millim., crassit. 0,007—8 millim.) et gelatina hymeniali jodo intensive coerulescente deindeque mox vinose rubescente vel vinose violascente.

Supra saxa calcarea prope Onegam (Norrlin).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0106-2

In speciminibus Muddii citatis sporae longit. 0,016—23 mm., crassit. 0,008—9 millim.

10. *Lecidea leucitiroides* Nyl.

Subsimilis *L. confluenti* var. *leucitiae* Flot., sed jam sporis ellipsoideis turgidioribus (longit. 0,009—0011 millim., crassit. 0,005—7 millim.) et spermatiis longioribus certe differens. Jodo praeterea gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae vinose violaceae.

Super saxa granitica in Lapponia (Norrlin).

In *L. confluente* var. *leucitica* sporae oblongae, longit. 0,009—0,014 millim. crassit. circiter 0,0045 millim.

11. *Lecidea polycarpoides* Nyl.

Forsitan varietas *Leccideae tessellatae* Flk., quacum reactionibus convenit, sed sectione apothecii sicut in *L. spilotica* i. e. perithecio medullae portionem involvente. Sporae longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,005—6 millim. occurrit etiam ferro tincta.

In Lapponia late distributa (Selin et Norrlin).

12. *Lecidea parasitaster* Nyl.

Subsimilis *L. sociellae*, sed apotheciis latit. circiter 0,3 millim.) intus pallidis et sporis solum 3-septatis (longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,005—7 millim.). Epithecium et hypothecium dilute rufo-fuscescentia, paraphyses gracilescentes non bene distinctae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae vinose violaceae tinctae.

Supra *Lecideam sphaeroidem* in Finlandia (Norrlin).

13. *Verrucaria nigratula* Nyl.

Species est e stirpe *V. chloroticae* omnino peculiaris, thallo nigro tenui opaco (chroolepoideis elementis munito); apothecia, pyrenio integre nigro (latit. circiter 0,4 millim.) innata et extus parte supera prominula; sporae 8 nae incolores ellipsoideo-fusiformes 3—5-septatae, longit. 0,021—25 millim., crassit. 0,008 millim., paraphyses sat graciles. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Supra muscos in Finlandia orientali (Norrlin).

14. *Verrucaria meliospila* Nyl.

Subsimilis *Verrucariae chloroticae*, sporae autem longiores et uni-septatae, longit. 0,021—27 millim., crassit. fere 0,0045

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0107-7

millim. (ad septum subconstrictulae et ibi facile fractae), paraphyses graciles sat copiosae.

Supra corticem fraxini in Gallia occidentali (J. Richard).

Thallus fusco-maculans satis effusus, gonidia chroolepoidea continens (diametro transverso circiter 0,008 millim.), chlorophyllo saepius in vegeto statu aureo-aurantiaco. Sporae fere sicut in *V. ilicicola*. Spermatia oblonga, longit. 0,0025 millim., crassit. haud 0,001 millim.

15. *Thelopsis umbratula* Nyl.

Thallus macula subsilaceo-cinerascente indicatus; apothecia fusconigra opaca, parte supera submastoideo-prominula, pyrenio toto obscuro; thecae polysporae, sporae oblongae 3-septatae, longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,006—7 millim.

Supra muscos in Finlandia orientali (Norrlin).

Thallus chroolepoideo-gonidiosus. Affinis est haec species *Thelopsi melatheliae*, sed apotheciis sublaevibus, non nigris, etc. differens. Pyrenium parte tenui externa rufo-fusca, interna crassiore incolore.

Leptogium amphinodes dicatur quod („subathallum") ante sub *amphineo* Ach. duxi, e Fennia (detectum a cl. Norrlin).

Collema rivulare Ach. (ad subgenus *Collemodium* ducendum generis *Leptogii*) varietatem habet *complicatulum*, thallo lobis minoribus constans, congestis, obveniens in Dovre (Zetterstedt). Var. *crenatulum* (errore dispositum sub *L. scotino* in Norrl. Lapp. p. 315, e Kilpiskoski) thallum habet etiam magis divisum, lobulis etiam minoribus subimbricato-adscendentibus confertis crenatulis. *L. scotinum* var. *crenatum* dixi varietatem *pulvinato* Ach. proximam, sed thallo laevi vel sublaevi, lobis crenato-dentatis.

Obryzum corniculatum (nomen conveniens quodammodo ob corniculum utroque apice sporarum) etiam ex Anglia vidi in *Leptogio microscopico*, quod optime parasitismum speciei demonstrat.

Parmelia hypotrypodes pertinet ut forma sub *P. vittata* Ach. (potius forsan dicenda *duplicata* Ach.), quae distinctam sistit speciem sporis et spermatiis minoribus quam in *P. physode*.

Lecidea botryiza varietas sit *L. botryoidis*.

Lecidea subinundata spermatiis duplo brevioribus distincta est a *L. inundata*, quacum ab auctoribus conjungitur.

Opegrapha lithyrgodes dicatur quae datur in Arn. Exs. no. 418. Non est *O. lithyrga* Achar.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0108-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1875

Band/Volume: 58

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad lichenographiam europaeam 102-106